



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hipponensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XV. Scribit D. Augustinus in Donatistas, in Pelagium, Priscillianistas,
Origenistas: ad hæc prosequitur libros De SS. Trinitate, & Ciuitate Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

ipsam quippe maximè pertinet orando con-
certare pro vobis, quæ de se minùs est sollici-
ta quàm de vobis; & vt ad te potiùs quàm ad
illam, hoc de continentia viduali opusculum
facerem, quia tibi superare adhuc restat, quod
iam etas illius superauit.

CAPVT XV.

Scribit D. Augustinus in Donatistas, in Pe-
lagium, Priscillianistas, Origenistas: ad-
hec prosequitur libros De S. S. Trinitate,
& Ciuitate Dei.

Donatista
violentas
sibi manus
consciscunt.

IAM eò vesania processerant non plebeij
tantùm Donatistæ, verumeriam Episco-
pi, vt se præcipitio deiicerent potiùs, vel
aquâ, vel igni, vel alio modo violentas sibi
manus consciscerent, quam lege ab Hono-
rio latâ templa Catholicis restituerent, vel
solum verterent. Itaque Augustinus rursus
in eos calamum strinxit, eoquæ vehemen-
tiùs, quòd illi pro sui erroris tutelâ, ad Dul-
citiu Imperatoriæ multæ Curatorem
duos libellos scripserant, quos totidem ille
libris refutauit: ac etiam pluribus dein-
ceps pro re natâ respondit Dulcizio se con-
sultenti, & hæreticorum tot repentinis cla-
dibus ancipiti; conclusitquæ, *Melius, plu-
ribus redintegratis, quidam suis ignibus per-
eant,*

Epist. 61.

eant, quàm vniuersi sempiternis gehennarum ignibus merito sacrilegæ dissensionis ardeant. Quamuis, vt alibi ad Gaudentium, non Catholici, sed ipsi seipfos in mortem adigerent: Mitiora enim, inquit, in vos constituit Imperator propter mansuetudinem Christianam, exilium vobis voluit inferre, non mortem. Sed vos homines docti considerantes quid debeat merito, & quid minus sit in supplicio; non de iudicio illius, sed de vestro additis mortem. His addo, eiusdem libro De naturâ & gratiâ contra Pelagium composito, Primasium & Iacobum Pelagianos ad Ecclesiam Catholicam accessisse. Commentarium etiam fecit accuratissimû contra Priscillianistas & Origenistas ad librum quem ab Orosio oblatum acceperat. Cùm verò Priscillianistæ periuriorum inuolucris fallerent, seque tales esse quales erant, sacrilegè inficiarentur: inuenti sunt qui dicerent, licitum esse mendacia mendaciis prodere, & mentiri seu fingere Priscillianistas se esse: vt qui verè tales essent, ad maius fidei bonum detegerentur: quam mentiendi licentiam execratus est, euulgato ad Consentium libro, quo nec in re quantumuis leui, Christiano homini mendacium permiffum esse demonstrat; atque ita concludit: *Aut ergo cauenda mendacia rectè*

Lib.1. c.19.

Lib.2. Re-
tract. c.60.

Cap.7.

agendo, aut confitenda sunt pœnitendo: non autem cum abundent infeliciter vivendo, augenda sunt & docendo.

Habebat id temporis iteratò præ manibus Commentarium de SS. Trinitate, & libros De ciuitate Dei, in quibus præter cetera, XXI. prauas quasdam opiniones, quæ Hispaniam inuaserant, vt de damnatorum post aliquam purgationem liberatione, de diaboli restitutione, eleemosynæ folius ad salutem efficaciam, & huiusmodi tamquam virgulta quædam ex infelici trunco *ὁ δὲ ἀρχαῖο* Origenis pullulantiæ, doctrinæ suæ falce resecauit.

Cap. 17. 18.
23. 24. 26.
& aliis.

CAPVT XVI.

Acta Synodi Diospolitane libro complectitur: & alius quatuor libris quæstionem de origine animarum.

DE VENERVNT in manus eius Acta Synodi Diospolitane, scripsitque de iis librum ad Aurelium Episcopum Carthaginensem. Quibus Actis quamuis Palæstinæ Episcopos Pelagius sefellerit, eiurans hæresim quam mordicus in animo retinebat; Romanæ tamen Sedis iudicium, *et si conatus fallere, ait, usquequaque non potuit.* Quare & Ioannem Episcopum Ierosolymitanum, quòd Pelagio fauere diceretur, male

Lib. 1. cõf. Iul. cap. 5.
Lib. 2. Re-tract. cap. 4.
& lib. De peccatorũ merit. c. 24.

Li. De peccat. origin. cap. 8. & 9.